



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

Roll K9 (recto) [This Roll was previously named M5.]

Part 1 [Thursday] 9 Dec 1613

Dulwich  
in Comitatu  
Surrei 1613.

**M.5.** **Visus Franci Plegii** Cum Curia Barronis Edwardi Allen Armigeri  
tentus *ibidem* die Jovis nono die Decembris Anno Regni Domini nostri Jacobi dei gracia  
Anglie Francie et Hibernie Regis fidei Defensoris &c Undecimo et Scotie  
Quadragesimo septimo, Coram Johanne Harryes Armigero Senescallo *ibidem* . /

**Essonia** Arthurus Kingsland ; Lawrence Ottwaye. /

**Constabularius** Anthonius Kitchen } Comparuit et Juratus presentat cum Juramento, Et ad hanc Curiam exoneratu<sup>r</sup>  
Et modo Johannes Mathewe de novo electus est et Juratur. /

**Decennarii** Edmundus Curson } Comparuerunt et Jurati presentat cum Juramento et ad hanc Curiam  
et } exonerantu<sup>r</sup> Et Matheus Wythers & Ricardus Peare  
Timotheus Cooke } de novo electi sunt et Jurantur. /

**Gustator** Ricardus Freelove } Excessit extra libertatem ante hanc Curiam Et modo ad  
Cervisiæ } hanc Curiam Ricardus Warde de novo electus est et Juratur. /

Robertus Huett./-  
Humfridus Abdy generosus } Jurantur ad Leganciam Domini Regis ./

[Capitales plegii  
et Homagium]

Thomas Calton generosus	} Jurati	Johannes Mathewe	} Jurati
Humfridus Abdy generosus		Walterus Boane .	
Nicholaus Foster x x		Robertus Bodger senior	
Edmundus Cursune		Thomas Abeck senior:	
Ricardus Stoughton		Robertus Huett x x	
Johannes Boane x x		Johannes Staple	
Johannes Cassinghurst		x x x x x x x x	

Communis Finis pro  
Dullwi<sup>ch</sup> o--- iij<sup>s</sup>  
solutus Domino.

Qui dicunt super sacramentum suum, quod dant Domino de Fine pro Dullwi<sup>ch</sup>  
prout patet in capite : /

[Monday, 27 Oct  
1600.]

Compertum est per Homagium quod ad Visum Franci Plegii Cum ad  
nuper Curiam Barronis Francisci Calton Armigeri modo Militis tentum apud Dullwi<sup>ch</sup>  
infra Manerium predicti die Lune vicesimo septimo die Octobris Anno Regni Domine  
Elizabethhe nuper Regine Anglie quadragesimo secundo quod quidam Nicholaus Knight  
Customarius Tenens huius Manerij Sursurreddidit in manus Domini per manus Thome  
Parrye & Nicholai Foster adtunc duorum Consimilium Tenentium Customarius istius Manerij  
omnes has parcelas terre Customarie sequentes, videlicet unum mesuagium unum horreum  
unum pomarium Cum suis pertinenciis unum putellum[sic, pictellum] continentem per estimacionem unam Acram  
unam peciam terre vocatam Howletts Continentem per estimacionem quinque Acras, unum  
Clausum vocatum le Wheattfeild Continentem per estimacionem duodecem Acras, unum  
Clausum vocatum le Otefeild Continentem per estimacionem duodecem Acras unum Clausum

vocat<sup>um</sup> le Fallowe vel le Wheatefeild adtunc seminat<sup>um</sup> & lez Coppes citra eandem continentes per estimacionem septem acras & dimidiam unius Acre lez bornes cum lez Coppes citra eosdem Continentes per estimacionem tres Acras, le slippe & Lez Coppes adiungentes ad lez Eighteene acres Continentes per estimacionem tres Acras, lez Coppes Cum le Wateringe Continentes per estimacionem duas Acras Cum omnibus & singulis suis pertinenciis Ad opus et usum Cuiusdam Edwardi Duke generosi modo Militis et heredum suorum secundum Consuetudinem eiusdem Manerij sub hac Condicione sequente videlicet quod si predictus Edwardus Duke & quidam Franciscus Caltone heredes Executores Administratores vel Assignati sui vel utriusque eorum bene & fideliter solvant prefato Nicholao Knighte executoribus administratoribus vel assignatis suis quadringentas libras bone & legalis monete Anglie modo & forma sequente videlicet Centum libras inde super festum diem Sancti Bartholomei Appostoli proxime sequentem datum Sursum reddicionis predicti Et super festum diem Sancti Bartholomei Appostoli qui erit in Anno Domini Millesimo sexcentesimo primo alias Centum libras, Et super festum diem Sancti Bartholomei Appostoli qui erit in Anno Domini Millesimo sexcentesimo secundo alias Centum libras ; Et super festum diem Sancti Bartholomei Appostoli qui erit in Anno Domini Millesimo sexcentesimo tercio alias Centum libras ; Adtunc domum mancionalem Cuiusdam Humffridi Emersoni generosi in le Burrowe de Sowthwarke, secundum Condiciones quatuor separalium scriptorum obligacionum inde per predictum Franciscum Caltone & quendam Edwardum Willsonsone Clericum prefato Nicholao Knighte Confectus Sed si fuerit defalte solucionis aliquarum dictarum Summarum adtunc sursum reddicio predicta vacua foret & omnes admissiones superinde habiturae Et quod tunc & extunc licitum foret prefato Nicholao Knight & heredibus suis in premissa predicta cum pertinenciis reintrare, et eadem rehabere ut in pristino statu suo, hac presente sursum redicione vel aliquo in eodem contento in contrarium non obstante, prout patet in Rotulis huius Curie; Et modo ad hanc Curiam per homagium Compertum est quod predictus Franciscus Calton

modo Miles bene et fideliter solvit prefato Nicholao Knight predictam summam quadragentarum librarum bone et legalis monete Anglie, modo et forma sequente, videlicet Centum libras inde super predictum festum diem sancti Bartholomei Appostoli proxime sequentem datum predicti Sursurreddicionis Et super predictum festum diem sancti Bartholomei Appostoli, qui fuerat in Anno Domini Millesimo sexcentesimo primo, alias Centum libras; Et super festum diem sancti Bartholomei Appostoli, qui fuerat in Anno Domini Millesimo sexcentesimo secundo, alias Centum libras, Et super festum diem sancti Bartholomei Appostoli, qui fuerat in Anno Domini Millesimo sexcentesimo tercio, alias Centum libras ; adtunc domum mancionalem Humfridi Emersone generosi predicti, in le Burrowe de Sowthwarke, secundum formam Condicionis predictorum quatuor separalium scriptorum obligationum Super quo ad hanc Curiam venit predictus Edwardus Duke in propria persona sua, Et in plena <sup>Curia</sup> per Appunctuacionem et requisicionem predicti Francisci Calton, et Sursurreddidit in manus domini per manus Senescalli Manerij predicti Totum illud unum mesuagium predictum, unum horreum unum pomarium cum suis pertinentiis unum putellum[sic] Continentem per estimacionem unam Acram, unam peciam terre vocatam Howletts Continentem per estimacionem Quinque Acras, unum Clausum vocatum le Wheatefeild, continentem per estimacionem duodecem Acras, unum Clausum vocatum le Otefeild, Continentem per estimacionem Duodecem Acras, unum Clausum vocatum le Fallowe, vel le Wheatefeild, et lez Coppes, citra eosdem Continentes per estimacionem septem Acras et Dimidiam <sup>unius</sup> acre lez bornes, et lez Coppes citra eosdem , Continentes per estimacionem tres Acras, le slippe & Lez Coppes adiungentes ad lez eighteene Acres, Continentes per estimacionem tres Acras, le Coppes vocatum le Wateringe, Continentes per estimacionem duas Acras, Cum omnibus et singulis suis pertinentiis Ad solum opus et usum Edwardi Allen Armigeri, Adtunc Domini Manerij predicti, heredum et assignatorum suorum imperpetuum &c. /

# Affiratur per totum Homagium

[End of K9 [previously M5] (recto). K9 [previously M5] (verso) continues below.]

Roll K9 [previously M5] (verso)

Part 2 [Tuesday] 18 Apr 1615

Dulwich  
in Comitatu  
Surrei: 1615

M5v

Visus Franci Plegii Cum Curia Barronis Edwardi Allen Armigeri  
tentus ibidem die Martis decimo octavo die Aprilis Anno Regni Domini nostri  
Jacobi Dei gracia Anglie Francie et Hibernie Regis fidei Defensoris &c Decimo  
tercio et Scotie quadragesimo octavo coram Johanne Harryes Armigero  
Senescallo ibidem . /

Essonia Johannes Stephens, Robertus Badger senior, Robertus Best, Walterus Hethersall et  
Anthonius Kitchen. /

Constabularius Johannes Mathewe } Comparuit et Juratus presentat Cum Juramento, Et modo ad hanc Curiam exoneratu<sup>r</sup>  
Et Matheus Wythers de novo electus est et Juratur. /

## Decennarii

Matheus Withers et. Ricardus Peare } Comparuerunt et Jurati presentant cum Juramento, et modo ad hanc Curiam exonerantur, Et Arthurus Kingsland & Robertus Starkeye de novo electi sunt, et predictus Arthurus modo Juratur. / et postea predictus Robertus primo Junij proximo, Juratus fuit . /

## Gustator Cervisiæ

Ricardus Warde } Comparuit et Juratus presentat Cum Juramento, Et modo ad hanc Curiam exoneratur, et Thomas Walker de novo electus est et Juratur. /

## Capitales plegii et Homagium

Nicholaus Foster x	} Jurati	Robertus Hewett x x	} Jurati
Johannes Cassinghurst		Robertus Badger senior [sic, junior]	
Ricardus Stoughton x		Johannes Staple x	
Johannes Boane x		Henricus Collyns x	
Robertus Badger senior		Arthurus Kingsland x	
Thomas Abeck x		Matheus Wythers x	
Johannes Mathewe		Willelmus Mathewes	
Christoferus Cassinghurst		x x x x x x x x	

Communi

Communis Finis pro Dulwi<sup>ch</sup> o--- iij<sup>s</sup>

Qui dicunt super sacramentum suum quod dant Domino de Fine ad hunc diem pro Dulwi<sup>ch</sup> prout patet in capite : /

Qui eciam Jurati et onerati ad inquirendum de et super diversis articulis tam pro [Domino Rege quam pro]

Domino huius Manerij dicunt super sacramentum suum quod Humfridus Abdye generosus, Thomas Calton, generosus, Johannes Woodward generosus, Robertus Starkeye, Johannes Feeringe senior, Johannes Feeringe Junior, Willelmus Hatton, Johannes Stevens, et Thomas Lane sunt resiantes infra precinctum huius Manerij et debent sectam Curie, et modo ad hunc diem fecerunt defaultam

Ideo quilibet eorum in misericordia prout patet super eorum Capita

Juratores ulterius dicunt et presentant super sacramentum suum in his Anglicanis verbis sequentis (videlicet)

Itt is ordered by the Jurye that Mathewe Withers shall make a good & sufficient Style at the further end of his yard, and a bridge into the Feild next adioyneinge to his yearde before the feast of the Nativitye of S<sup>t</sup> John Baptist next upon payne of ----- x<sup>s</sup> . /

Item itt is also ordered that the said Mathew Withers shall scowre his Ditch in the Lane lyeinge by his house, soe farr as it is now needfull to be scowred, And also his ditch lyeinge within Robert Bestes yarde before the feast of the Nativity of S<sup>t</sup> John Baptist next, upon payne for everye rodd then found undone ----- xij<sup>d</sup> ./

Item itt is also ordered that [John] Townleye Esquier shall scowre his ditch from Howlettes bridge all along against his ground to the further end of his feild there called the Tenn acres, and make the same foure foote broade, And also p<sup>t</sup> he shall cause a grate to be made, and a post to be sett on his side of his Lande there to hange the same upon, and that the ditch there to be made twoe foote broder then nowe it is in the place where the grate shalbe hanged (that is to saye) in the ordinary place where the grate before tyme hath ben accustomed to be sett before the feast of St John Baptist next upon payne foreverye rodd then undone ---xij<sup>d</sup> And for not setting up the grate --- x<sup>s</sup> ./

Item itt is also ordered that John Cassinghurst shall Cause a post to be sett to beare up the said grate on his Lande beinge next adioyneinge to the Lands of the said M<sup>r</sup> Townleye before the feaste of the Nativitye of S<sup>t</sup> John Baptist next upon payne of ij<sup>s</sup> ./

Item the Jury present Edward Willson of Lambeth Baker for selling bread within this Lordshippe lackeing foure ounces of Waight in the wheaten loafe contrary to the forme of the Statute in that case made & provided & since 16<sup>th</sup> of Aprill last past, and amerce him --- xx<sup>s</sup> ./

Item they also present John Feeringe thelder for beinge drunke within this Lordshippe



since the last Corte and amerce him ----- v<sup>s</sup>./

**Item** they also present John Lewys the Victualer for nott sellinge a quarte  
of stronge beere for a peny and amerce him ----- x<sup>s</sup>./

**Item** the Jury also present that there Came as estrayes into this Lordshipp: fower  
steeres, and two heyfers, taken up by Thomas Lane the Eleaventh day of  
September last and were prysed by M<sup>r</sup> Thomas Calton, Richard Stoughtone  
and Robert Badger at ----- ix<sup>xi</sup>./

**Ad hanc Curiam** Compertum est per Homagium quod Edmundus Curson unus  
Customariorum Tenentium huius Manerij qui tenuit sibi et heredibus suis per Dominum huius Manerij  
per Copiam Rotulorum Curie, secundum Consuetudinem Manerij predicti unum messuagium et tres acras  
terre Customarie (sive plus sive minus) cum pertinentiis vocatum Gorye Landes (sive per quodcunque  
aliud nomen vocatu<sup>r</sup> sive cogniscitu<sup>r</sup>) iacentia et existentia in Dullwi<sup>ch</sup> predicto obiit post  
ultimam Curiam et ante hanc Curiam inde seisitus Unde accidit Domino de heriotto una  
vacca precij xls. Et quod Henricus Curson est eius filius Junior et proximus heres secundum  
Consuetudinem Manerij predicti, ætatis septem annorum; Super quo ad hanc Curiam  
venit predictus Henricus Curson per Aliciam Curson matrem eius et Gardianum et  
petit admitti tenens ad premissa, Cui quidem Henrico per Gardianum suum predictum  
Dominus per Senescallum suum predictum concessit inde seisinam per virgam Habendum et tenendum premissa  
predicta eidem Henrico heredibus et assignatibus suis imperpetuum; Ad voluntatem Domini secundum consuetudinem  
Manerij predicti per Redditum --- xij<sup>d</sup>. per Annum, sectam Curie, et alia servicia inde prius debita  
et de iure consueta Et dedit domino de Fine, pro ingressu suo habendo prout patet in capite  
respectuatu<sup>r</sup> fidelitas usque ad plænam [sic] ætatem pervenit, Et admissus est inde  
inde [sic] Tenens.

Heriottus una vacca  
precij --- xls.

Redditus --- xij<sup>d</sup>./

Finis --- ij<sup>xi</sup>.

**Ad eandem Curiam** Custodia tam Corporis quam terrarum et Tenementorum  
predictorum Customariorum predicti Henrici Curson existentium infra precinctum huius Manerij et

tentorum de Manerio predicto durante minori ætate ipsius Henrici Comissa est Alicie  
Curson matri eius et Gardianum usque predictus Henricus ad plenam etatem  
quatuordecem annorum pervenerit &c., Et ipsa Alicia ad hanc Curiam admissa  
est gardina<sup>et</sup> fecit fidelitatem : /

Afferratur per Nicholaum Foster  
et  
Johannem Cassinghurst

[End of Roll K9 [previously M5].]